HIERONYMUS
um 836/859 Seite 37r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quod rex babylonis hodie in regione iudea
obsidere coeperit hierusalem & uallare eam
exercitu & obsidione ipsam per parabolam
describe atque prouerbium quae in presenti loco
metaphoram translationem que significat;
Pone inquit ollam aeneam idest lebetem &
mitte in ea aquam & pinguissimorum animan
tium omne corpus in frusta concide tam
femur quam crus & armum carnesq; dili
genter ab ossib; separa & carnibus missis
in lebete ossa pone uel compone sub le
betae & fac struces & cumulos ossium ut ef
feruescat non semel sed frequenter coctio
lebetis & disco quantur carnes intrinse
cus & ossa subter incendio concrementur;
Uis autem prophetia scire quis iste lebes uel
que carnes aut ossa loquere; haec dicit dns;
Uae ciuitati sanguinum idest hierusalem lebes
cuius robigo idest malitia nimia est & lic &
ignis suppositus sit tamen robigo eius non exiuit
de ea; perseuerauerunt enim etiam captiuatq;
cruciati in pristino scelere; per partes &
singillatim consumite ea ut nemo remaneat